

Legatio Serenissimi Domini Alexandri³
Regis Polonia ad Imperatorem
Turcorum per Oratorem dicenda.

20

Ex quo Dei munere Serenissimus Dominus
meus Rex Dominus gratiosissimus paterna
atque fraterna possedit Dominia. Qui qui-
dem pater et frater Antecessores Domini
mei gratiosissimi reges Polonia consueverant
amicitias et treugas pacis cum vestra Celsi-
tudine conservare, et eas per literas et nun-
tios innovare, priusquam igitur Dominus
meus gratiosissimus reperit literas Celsitu-
dinis Vestre super amicitijs et treugis pa-
cis inscriptis, et firmatis, voluit et Dominus
meus rex gratiosissimus eum morem imitari
Antecessorum suorum olim patris et fratris
regum Polonia. Quapropter me deputavit
Destinavitque ad vestram Celsitudinem ventu-
rum, ut ejus viderem sanitatem et felici-
tatem. Tandem procurare inter ejus maie-
statem

statem et Celsitudinem vestram, Dominique
utraque Vestra Amicitiam et pacem talem
fieri et firmari, qualis olim inter patrem
et fratrem ejus reges Poloniae erat cum
Serenitate Vestra et Dominia hinc inde illo-
rum, qua et illa Maiestas et Vestra Celsi-
tudine feliciter possidetis.

Et licet Maiestas Regia in regno
suo dum feliciter ad illud assumpta
erat, eam invenerit amicitiam, et pacem,
qua Serenissimo olim Joanni Alberto fratri
suo Vestra Celsitudo direxerat per Dominum
Nicolaum Lanczhoronski, qui redeundo a ve-
stra Celsitudine, afferendoque tregas pacis
non reperit regem virum fratrem maiesta-
tis suae. Licet quocumque nondum expirave-
rit terminus ejusdem firmatae pacis. Tamen
Dominus meus gratiosissimus ependo ejus ani-
mi et voluntatis ad pacem et amicitiam
cum vestra Celsitudine, et Dominis vestre
Celsitudinis servanda, quam olim et pater
et



et frater ejus servare confueverant me
 destinatur, ut conseruarem illam pacem
 fratri suo olim Alberto inscripta, et ulterio:
 rem prorogarem, talisque tractatum
 facerem regia maiestatis nomine, que
 utrique Maiestati et Domini mei regis
 gratiosissimi, et vestre Celsitudinis, Vestrarumq;
 celsitudinum Dominijs allatura
 esset non solum indubitata diuturna
 pacem et amicitiam verum etiam, utilita:
 tem, ut Dum vera et infallibilis esset pax
 amicitia et securitas inter Celsitudines
 Vestras et Domina, alter de altero non
 dubitaret, et semper sibi invicem saluta:
 tiones, necessitates, et omnem bonum refer:
 rent. Talisq; inter eas et Domina eorum
 vigeret pax securitas, ut nuntij merce:
 tores et subditi utriusque Celsitudinum
 Vestrarum in Domina alterius securi
 irent, et redirent, etique et Domina ve:
 strarum Celsitudinum augmenta recipere,
 et

et vestris Celsitudinibus introitus accrescerent,
quemadmodum tempore olim patrum et
prædecessorum Domini mei regis et vestre
Celsitudinis eadem tranquillitatis, securita-
tis, atque amicitie observatio erat.

Specialia puncta successive
dicenda.

Dicatur, q̄ Caesar ordinet, ut merca-
tores haberent aditum et reditum in Bya-
logrod.

Dicatur q̄ aliqui Caesar intimabat,
quia Treucopen rivaldus eius esset. Scioq̄
nihil cum illo rex Polonia, sed potius
cum Imperatore Turcorum tractaret de
pace.

Item Subarandi presbiteri unus in
Braszow, alius in Brahylow ad caplo-
randum et significandum.

